



**De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm|| Maii Et Ivnii

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10258 - 10263**

De SS. martyribus, Petro, Andrea, Paulo, & Dionysia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77393)

MARTYRIVM SANCTORVM PETRI, AN-  
DREAE, PAVLI ET DIONYSIAE, EX ANTI-  
quis MS. codicibus. Stylum mutauit F. Laur. Surius, non-  
nullis etiam redditis paraphrasticis.

15. Maij.

Petrus ado-  
lescentulus  
Christum  
constanter  
confiteretur.



EMPORIBVS iniquis, quando seruis Christi certamina  
excitabantur, & totus orbis beatissimo martyrum sanguine  
florebat, apud Lampasacum comprahensus fuit Petrus  
quidam, egregie fortis in fide, animoque & corpore spe-  
ciosus. Cumque oblatus esset Proconsuli, ait ad eum Pro-  
consul: Quis vocaris? Ille respondit: Petrus. Proconsul di-  
xit: Christianus es? Petrus respondit: Planè Christianus  
ego sum. Proconsul ait: Non tibi venit in mentem, quæ de-  
creta fecerint inuictissimi Principes: Sacrifica igitur ma-  
gnæ dæx Veneri.

Respondit Petrus: Demiror equidem, Optime Procon-  
sul, te mihi id persuadere velle, vt turpissimæ & impudica mulieri sacrificem, cuius  
res gestæ non possunt sine verecundia commemorari, cnius historia, quæ apud vos  
est, eius arguit impudicitiam. Quam cùm vos publicum fuisse scortum non nege-  
atis, qua obsecro vel fronte vel mente eam me adorare, eique sacrificium facere  
compellitis, & non potius suosores & authores mihi estis, vt Deo viuo & vero, Chri-  
sto regi omnium seculorum, sacrificia offeram sanctarum precum & laudis? Au-  
diens hæc Proconsul, iussit adolescentulum in rotis extendi, & lignis in orbem cir-  
cupositis, ferreis vinculis totum corpus eius adstringi. Inde autem confecta est  
corporis contritio & conquassatio, ossiumque dira comminutio. Sed quanto mai-  
oribus Dei seruus afficiebatur tormentis, tanto robustior existebat. Itaque constanti &  
intrepido vultu, ridens Proconsul stultitiam & suspiciens ad celum, ita ait: Gratias  
tibi ago, Domine Iesu Christe, quod hanc mihi dare dignatus es tolerantiam, vt pos-  
sim superare iniquissimum hunc tyrannum. Ut vidit autem Proconsul eius inuidiam  
animi constantiam, nec eum tam immanibus cedere aut succumbere cruciamentis,  
iussit cum gladio percuti.

Diretor-  
queretur.

Gladio ex-  
ditur.

Deficit à  
Christo.

Arreptus à  
dæmonie,  
moritur.

Dionysia  
puellæ con-  
stantia.

Abeunti autem Proconsuli Troadem cum multa ambitione, tres alij oblati sunt,  
Andreas, Paulus & Nicomachus: è quibus Nicomachus importunè & impatienter  
exclamauit: Christianus ego sum. Proconsul verò dixit Andrea & Paulo: Vos autem  
quinam estis? Responderunt: Nos quoque Christiani sumus. Tum ad Nicomachum  
Proconsul: Sacrifica, inquit, dijs, quemadmodum iussere Principes. Nicomachus re-  
spondit: Christiana religione initiatus cum sim, non sacrifico dæmonibus. Iussit igitur  
Proconsul eum suspensum torqueri. Cumque tormentorum atrocitatem ferre non  
posset, & iam propè esset ut spiritum exhalaret, magna voce miser & perditus clama-  
uit: Ego Christianus nunquam fui, sed dijs offero sacrificium. Tum verò Proconsul  
is mandato depositus est. Cùm autem sacrificasset, arreptus està malo dæmonie, eli-  
fusque ab illo in terram, suis dentibus linguam suam manducans, expirauit. Turbis in-  
teriori expectatibus, puella quædâ Dionysia nomine, annos nata sexdecim, in has pro-  
ruperit voces: Miseret me tui, homo infelicissime, qui propter vnius horæ spatiū semper  
ternos eosque ineffabiles tibi cruciatus peperisti. Quod cùm audisset Proconsul, voluit  
eam coram se adduci, per cōstatuque est ex ea, num Christiana esset. Illa respondit: Ea  
causa etiam hunc miserum & infelicem lugere. Cur enim ille non parumper sustinuit,  
vt posset ad requiem peruenire sempiternam? Proconsul dixit: Ille verò iam requie po-  
titur, quando inuictissimorum Principum voluntati, dijs sacrificando, satisfecit. Quod  
autem celeriter abiit è vita, id fecit magna dea Venus, ne vestris improperijs & conui-  
cij exagitaretur. Tu verò sacrificia, ne te turpiter illusam, flaminis viuam concremem.  
Dionysia respondit: Maior est Deus, quam tu sis: isque potest mihi in omnibus, quæ  
abs te illata erunt, præstare tolerantiam. Proconsul dixit: Tradatur hæc puella duobus  
iuuenibus, qui ea ad suam libidinem abutantur. Porro Andream & Paulum iussit duci in  
custodiā. Iuuenes autem castissimā virginem Dionysiam ad suum ab duxere hospiti-  
um, & cùm de afferenda illi vi inter se cerrarent, viribus desituebantur, maximè quod  
tota nocte splendidus quidâ illis appareret, qui sua præsentia domū illam illustrabat.

Quem

Quem ut illi viderunt, timore correpti, ad pedes purissimæ virginis se abiecerunt. Illa autem manibus extensis, eleuauit eos, dicens: Nolite timere. Hic est enim Dominus & custos meus, propter quæ nequissimo Proconsule vobis tradita sum. At illi rogabant eam, vt pro ipsis apud Dominum intercederet, ne quid mali paterentur.

Mane facto, omnis turba Proconsulem magnis vocibus compellauit, vt Andream & Paulum ipsis traderet, Macedonio & socio eius, Diana sacerdotibus, in populo seditionem excitantibus. Cum autem Proconsule iubente producti essent, ait is ad eos: Andrea & Paule, sacrificare admirabili deæ Diana. Andreas & Paulus responderunt: Nos neque Diana, neque alios daemones, quos colitis, pro diis habemus, neq; quemquam omnino, præter unum Deum, adoramus. Haec cum turba audiuerunt, petierunt sibi eos tradi. Proconsul itaque frustra se conatus suos ad eos superandos intendere sentiens, flagellis casos tradidit populo. Tracti igitur pedibus sunt extra oppidum, vt Andreæ & lapidarentur: cumque lapidibus opprimerentur, peruenit eius rei fama ad aures Dionysia: que ex custodum manibus elabens, cœcurrit ad eos, iactansque se super corpora eorum: Viuam, inquit, & ego vñà vobiscum beatissimi serui Dei, ne ab hoc vestro certamine inueniar aliena. Mox indicatum est Proconsuli, Dionysiam, quæ inuenitum libidini fuisset addicta, à quodam splendidissimo esse seruatam, iisque iactasse super corpora Andreæ & Pauli, vt cum illis lapidibus obruatur. Iussit igitur Proconsul Dionysia eam gladio interfici, atque ita hi quatuor venerabiles Dei martyres, in uno agone degladio perturbantes, diabolum cum Proconsule vincere meruerunt: Petrus quidem diuersis poenis affectus, Andreas & Paulus lapidibus oppressi, Dionysia gladio perempta. Acta sunt hæc Idibus Maij, Decio Imperatore, Optimo Proconsule, regnante Domino nostro Iesu Christo.

MARTYRIVM S. DYMPNÆ, REGIS HY-  
BERNIAF FILIAE, EX EIVSDEM SANCTISSIMAE VIR-  
GINIS HISTORIA DESCRIPTUM, QUAM EDIDIT PETRUS CANONICUS S. AUBERTI  
Cameracensis. STYLOM NONNIBIL ALIQUIT LOCIS ELIMA-  
UIT F. LAUR. SURIUS.

**D**OCTO resurrectionis & ascensionis Domini completa <sup>15. Maij.</sup> mysteria, sicut ante prædixerat per prophetas, cum in quo die terrarum orbe per apostolos iam diffusa proficeret retranslata religio Christiana, fuit in Hybernia rex gentilis. Qui licet, tis, & eius festum celebratur. Cap. 1.  
cultibus deseruaret, tamen opum gloria & militiæ secularis vigore potenti cæteros antecellens, omnibus glorijsior apparebat. Erat autem ei vxor ex illustri orta progenie, quam rex ipse vehementi diligebat affectu: quippe quæ pro humana carnis forma tanta esset pulchritudine, vt facie & corporis elegancia mentes alliceret ipsam asperstantium. Hi vero filiam generuant, decoris venustate matri valde consimilem, meritiss & nomine Dympnam, ut ipso vocabuli præfigio postmodum Deo digna fore indicatur. Quæ in domo patris nobiliter educata, cum annos pueritiae translegisset, chorearum affultus & ioculatorias cantilenas, & quæ illa artas expetit, & poscit celstum do regalis, mente despiciens, occultè baptisimum suscepit, & se corde & corpore Christo deuouit perpetuò seruituram. Interē matre eius regina defuncta, cum rex ea causa superuacuis doloribus laboraret, tandem consilio sibi assistentium per singulas regni sui prouincias, & eidem propinquas nationes legatos misit, qui virginem adolescentulam, genere spectabilem, & decore iam defunctorum similem, tanto regi matrimonio conjungendam inquirerent, & ei cum honore adducerent. Milites ergo moribus & eloquentia præstantissimi iter arripiunt, patrias peragrantes & vrbes, contemplantur nobilium facies puellarum. Cumque diu morando regiones plurimas circumfissent, & quod optabant, minimè percibissent, redierunt ad regem: Et ingressi palatium, salutato eo, sic fari coeperunt: O rex excellentissime, quod tua iussit maiestas, longius profecti reperi te nequiuimus. Nefarium Sed, si placet, ecce filiam tuam Dympnam decoram valde, & adeò matri sua consilium.